

Alte Drucke

Opera

ANGELI || POLITIANI || OPERVM || TOMVS PRIMVS. || Epistolarum libros XII. ac
Miscellaneorum || Centuriam I. complectens. || Indicem rerum memorabilium
calci || operis adiecimus. ||

Poliziano, Angelo

Antverpiae, 1565

Angeli Politiani Epistolarvm Liber Nonvs.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-155013

NEC dubito quin amer abs te, nec exigo, quod sit incommodum, sed nec officio litterarum metior amicos: quippe quod & ab inimicis præstari solet. Gratulatione tua, quod philosophiæ sim deditus, ipse mihi medius fidius ita gratulor, daturus ut operam sim, quod possis in dies magis merito mihi gratulari. Sed adolescens hic tuus consilio nostro si fuisset usus, magis fortasse suis rationibus consulisset. Nunc quoniam consilio noluit (ni frustra augurium) credo nec opera iam volet uti. Verum tamen ei cupio scribas, ut à me expectet omnia, tui quidem causa. Nihil enim molestius, quam fuisse hunc mihi abs te frustra commendatum. Vale.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM

LIBER NONVS.

NVS.

ANGELVS POLITIANVS

Matthiæ Dei gratia inuictissimo

Pannoniæ regi s. d.



VM superioribus diebus ego, & Philippus Valor Florentinus, præstas vir, tuæq; maiestati deditissimus, de nostri seculi principibus casu loqueremur: ac tu primus nobis inuicte rex, imò verò solus occurrisses, quæ videremur audas. Et cū quouis laudatissimo veterū posse conferre: celsigauit ille me verbis amicissimis, quod nunquam tibi aut lucubrationes vllas nominatim dicauerim, aut epistolam saltem scripserim, quo tibi si nō ingenium quodcunque, doctrinaq; mea, certè animus tamen, ac voluntas

tas

eas innotescerent. Etenim te regem temporibus esse no-
 stris aiebat vnum (quod ego illi facillimè assentiebar) in
 quo vel maximè celebrando labores, industriam, vigi-
 liasque suas omnes ponere litterati homines certatum
 debeant: vt in cuius egregijs, innumerisq; laudibus ha-
 beat vtriusq; linguae facultas, vbi liberrimè posset, &
 velut in patentibus campis exspatiari. Quare sumsi ani-
 mum (fateor) de sermone prudentis, & amici viri, glo-
 riosissime rex, cumq; animo statim sumsi calamum, vide-
 licet in hoc, vt tuas eximias virtutes honore fultè quo-
 cunque styli mei prosequerer. Sed cum se mihi illæ tam
 multæ, tam magnæ protinus obtulissent, vt facilius mun-
 dum pugillo posse crederem, quàm eas epistole breuita-
 te complecti, mutato protinus consilio, dilatis paulisper
 tuæ claritatis præconijs, statui duntaxat in præsentia si-
 gnificare tibi, me quoque vnum, rex, è multis esse, qui
 magno animi fauore te venerer, dariq; mihi occasionem
 celebrandi tui nominis concupiscam. Non quia me spe-
 rem naturali facundia parem tuæ laudi fore, sed quod
 est à sapientibus hominibus obseruatum, non minus ani-
 mi vires aliquando quàm ingenij valuisse. Quo circa si-
 quid erit inclyte rex, in quo tibi mea gratificari profes-
 sio possit, rogo, obtestorq; perinde vtaris opera nostra,
 quasi vnus ex eo sim numero, qui regni tui finibus con-
 tineatur. Vt autem Dinocrates ille nobilis architectus Dinocra-
 Herculeo sese habitu ius dicenti obtulit Alexandro, cūq; tes archi-
 se cogitationes, ac formæ asferre dignus illo rege, vide-
 licet Atho montē statuæ virilis effigie figurandū docuis-
 set, ita regiam commendationem videlicet adeptus est:
 idē mihi ego quoq; vsuuenturum speraui, rex magne, si
 pro leonis pelle non obscuram indolem, pro claua non
 absurdū ingenium, pro corona populea non incelebrez

doctrinae mediocritatem, pro vastae illius molis compositione multiplices tibi linguae utriusque figuras obtulisse. Nec enim minor quovis architecto putandus, qui studiis istis liberalibus claruerit: nisi forte diutius marmora, et camenta restitura vetustati, quam litterarum monimenta cōfidimus. Nec tu profecto Macedoni Alexandro (sit vero venia) iure cesseris Matthia rex, seu victorias eius, seu beneficentiam consideres, quae duo prima tanto in rege faultrix miratur antiquitas: nisi forte credimus Arabas, Indos, Armenios, Chaldaeos, mollissimas, fugacissimasque; gētes laboriosius vinci, quam Turcas, et Mysios, et Triballos, et Illyricos, et Liburnos et Boemos, et Rhetos, et Vindelicos, et alias itē bellicosissimas nationes: quarum ipsa quoque nomina Martiū sonant: nisi que plus esse putamus, quod unum, aut alterū donavit ille bene de se meritis hominibus oppidū, quam quod in omnium penē sinus, quoscunque dos aliqua ingenij, virtutisque; nobilitat, ē tuis istis beneficiis manibus, quasi perenne fluit aurum semper, ut aqua de fontibus, et in maximam venire iam quæstionem cœpit illud, unde nam tibi tanta ista, tamque inexhausta diuitiarum copia, sic omnibus usquequaque largienti: quanquam facile à prudētibus intelligitur, quae plerique alij principes in suas cupiditates, ac libidines profundant, ea te tantū vel in edificiorū nobilissimas substructiones, vel in usus publicos, vel in hanc postremo, de qua nunc agimus, beneficentiam conferre. Quapropter vehementer cupio labore aliquo meo tuam celsitudinem demereri: cupio studiis: ingenioloque meo, si detur, commendare me tibi, rex inuicte. Qui sim verò, quemue inter litteratos locum teneam, malo equidem ex aliorum tibi, quam ex meis indicari verbis. Tantum dixero me Laurentij Me-

dicis

dicis magni, sapientisque viri, tuarum virtutum studio-
 sissimi non diligentia minus, quam liberalitate de obscu-
 ro, tenuique loco, qui nascentem susceperat, in aliquam
 certè lucem, dignitatēque, nullis adeò nisi litterarum
 adminiculis peruenisse, profiteri iam multos annos La-
 tinas Florentiæ litteras, magna (quod omnibus notum
 est) celebritate: sed & Græcas ex pari cum Græcis,
 quod nescio an alteri Latinorum (dicam enim auda-
 cter) mille circiter annos antè contigerit: stylum de-
 nique sic ipsum per omnia penè materiarum diuerticula
 duxisse feliciter, ut (quod erubesco, quanquam pene
 testatum, referre) cunctos ferè, quicumque in litteris
 ætate mea claruerunt, habere meruerim laudatores.
 Atque hæc ego de me Rex indulgentissime, nouo scili-
 cet & periculoso more multorumque reprehensionibus
 obnoxio, simpliciter tamen, sed & verè: nec enim
 hoc, nisi & illud, ad te scribo, quod deliberare secum
 tua sapientia, velutique præscribere possit (modò non
 hæc aspernetur) ubi nos potissimum, scilicet in tuæ sp̃e
 gratiæ nostri neruos ingenij contendamus. Si quid igitur
 ipse mandaueris, obibo libens: sin minus, eligā tamen
 pro iudicio, captuq; meo, quod tibi fore arbitrer quàm
 gratissimum. Bibliothecā video, iampridè comparas om-
 nium (sicut expectamus) non ornatissimam solum, sed
 etiam copiosissimam. Possumus igitur multa (si res po-
 stulet) è Græco vertere in Latinum tibi, multiāque rursus
 quasi noua cudere, quæ nec ab eruditis forsitan re-
 spuuntur. Regiam construis idem longè magnificentissi-
 mā, forumq; tuum simulacris omne genus vel æneis, vel
 marmoreis exornas. Nec autem cessant ubique terrarū
 nobilissimi pictores tabulas tibi pulcerrimas viuus ani-
 mare coloribus. Et ista ergo possumus, te iubente, non

Seipsum
 laudar.

erubescendis illustrare carminibus. Iam bella, & pacem
mandare victuris utriusque linguae monumentis, & his-
toriae molli filo contexere pridem didicimus: tum vel
vndanti solutae vocis eloquio, vel immortalis Musarum
cantu totam posteritatem sacris implere praeconijs. Quin
Philosophiae seriane defuerint cupienti, milleque iocis tea-
dium subinde, mille profecto argutijs sefellerimus. Nec
autem vendito ista tibi, dum sic indico: nec mihi referri
ob eagratiā quero, sed abunde relata putabo, si pla-
cuerit ex me tibi, non dicam res ipsa, sed animus. Ut au-
tem gustum sumere aliquem iam nunc vigiliarum no-
strarum possis, en Poëma tibi multa lima cruciatum, quod
laudes poëticae, quod historiam continet omnium fere
datum. Sed & mittam commentarios paulo post in id
opus copiosissimos, in quibus quidquid de varia multi-
pliciue lectione condidimus, explicabitur. Ac (nisi me
dulcissimus amor suscepti laboris fallit) tantas ex hoc li-
bello velut è thesauro diuitias proferemus, ut magna ex
parte studiosae iuuentutis quaedam veluti inopia rele-
uetur: ac tum denique puto quiuis intelleget, quam mul-
tis ista mihi lucubrationibus constiterint. Quare ne
quaeso numeret Angeli Politiani carmina lector, sed
ponderet. Tu verò Matthia Rex regum prorsus omni-
um celeberrime, dum tibi commentarios quoque multi-
plici pagina surgentes euigilamus, accipe hunc inte-
rim rogo, libellum vultu quo Regem decet, hoc est, se-
reno, & hilari, quem tibi videlicet ego si non eruditissi-
mus, at certe tuo nomini deuotissimus homo, quasi
Deo donum religiosa mentis, atque animi pietate con-
secraui. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Bernardo Riccio suo s. d.

ACCE

ACCEPI versiculos tuos ingeniosos, elegantes, venustos, facileis, sed ita tamē affectibus plenos, ut eos nō fictos, quemadmodum tu vis, sed veros esse amatorios existimem. Delectatus lectione sum, sed & admiratus admodum superfuisse tibi tempus in hos tam delicatos lusus à publico munere, quod & diligenter obire dixeris, & prudenter. Quod autem me rogas, ut eos angulo cuiuspiam secretiori solus insusurrem, mox verò domi scriptos, & inclusos habeam: quanquā tibi rebus omnibus obsequi studeo, tamen in hoc vno minus obtemperabo, ne quid amor succenseat, si retineā tam bellos ipsius ministros, & velut in ergastulo supprimam. Sed de versiculis aliās. Scribis autem permultos isthic esse, qui Ioannem Picum Mirandulam laudari à nobis in cognitione rerum, studioq; sapientiæ non molestē ferant, ijdem tamen ornamenta dicendi, splendoremq; illi quasi oratoriū tribui vix patiantur. Itaque rogas, ut ipsius vel epistolam tibi mittam, vel breue aliquod omnino scriptum, quod circumferre tecū possis, & ostentare: ne tuis tantum verbis aut illius æstimatio propugnāda sit, aut nostra fides absolucunda. Gero equidem morem, descriptaq; tibi epistolā Pici mitto, quā barbaros Philosophos adversus Hermolaum Barbarum, sed nihil minus quā Barbarum defendit, simul ipsius Hermolai responsum luculentē scriptum, quò conferre utriusque stylum, genusq; dicendi possis. Aestimabis igitur ex hac epistola Picum, sed ut leonem (quod Græci dicunt) ab unguibus. Etenim solitus ille tractare ampla quædam semper, & scribere, quod opera illius indicabunt, magnis de rebus, quæ domi clausa cottidie maturescunt, ad argumenta deinde minorahæc, & leuiora vix exiguam partem conferre suarum virum dignatur. Quapropter hanc ipsam
epi

epistolam tam plenam, tam spissam, tam diuitem paucis antemeridianis horis ex tempore propè dictauit. In qua tamen (vt videbis) electa verba, casta Latinitas, Atticus nitor, iunctura tenuis, numerosus ambitus, grata cōcinnitas, hilaris color, pura venustas, ornat⁹ facilis, agentes figuræ, sensus acres, apta exempla, multa fides, argumenta fortia, graue consilium, subtile iudicium, vis alta, indoles rara, mira maiestas. Sed hoc vsu plerunq; venit, quod & Marcus Cicero quodam loco scribit, vt in rebus diuersis eundem præcellere nolint homines. Itaque Picus noster, quoniã fidem fecit apud omnes diu, quantum emineat in studio sapientiæ, pro quo sunt illi maxime bella pugnata: nũc impetrare non potest, cùm sit eloquentissimus, vt in dicendo saltem nec incultus omnino, nec inelegãs habeatur. Sed qui deinceps sequentur dies (vt Pindarus inquit) testes erunt sapientissimi. Tibi tamen interim studioso videlicet vtriusque nostrũ, quasi de lacu mustum, quod degustes, hanc illius epistolam propino. Quæ displicere nõ debet propterea quod eloquentiam destruit. Destruit enim sic eloquenter, vt adstruat hoc ipso, quod destruit. Ita nihil eloquẽtiam destruere præter eloquentiam potest: ideóque nec ipsa potest, quoniã scilicet hoc quoq; potest, quod omnino non potest. Vale.

HERMOLAVS BARBARVS

Venetus, Ioanni Pico Miran-

dulæ S. D.

NON possum tibi non videri planè barbarus, et ingratus, qui tibi toties, & tã multa de me non minus scribenti semper, et prædicãti, sed sentienti quoq; gratias agere distulerim. Nulla enim vnquam venerunt huc à te litteræ, ex quo sum tibi cognitus, quin mentionẽ in illis de

me illustrem, & honorificam habueris. Sed vide quā-
 ti faciam testimonium tuum de me, siue id iudicio agas,
 siue propensione volūtatis. Ego alioqui modestus, imō
 timidus, & parū mihi fidens, videor aliquid esse quōd
 tu me laudas, quōd mea probas, quōd in Themistio
 nostro, quemadmodum scribis, tanquam iucundissimo
 diuersorios sepe conquiescis. Quid quōd in litteris tuis
 plerunque me recognosco? Ecquid arbitraris quidquā
 nobis esse posse iucūdius, quā cum te vel nostrum ali-
 quod incisum, vel circuitum, vel figuram dicendi non
 adeō notasse, sed imitatum esse perspicio? Et nisi quōd
 ad multos scribendo nō videris hoc facere simulāter, et
 ex cōposito, magnæ mihi sese rationes offerunt, quā-
 obrem hoc à te repertū putē ad gratiā. Nec enim videre
 poterā, quare tu genus illud tuū dicēdi fluens, ac flori-
 dum frangeres, & ad me deficeres, qui filum orationis
 aridū, & prætenuē sequutus humi serpo, nunquā assur-
 go, non inspiro, non circūduco, non eleuo, non abijcio,
 inuita scilicet, & repugnāte natura. Omnino de me ne-
 scio quid in me laboris, & diligentiae, cetera nihil sum,
 nisi cum à te, vel similibus tui quā paucissimis cōmena-
 dor, aut cum placere tibi mea, vel ad imitationem vsque
 cōperio. O praeclarum, & planē diuinum ingenium tuū
 Pice, qui cum optima sint ea, quae tu scribis, ita tamē ex-
 primas, & effingas aliena, quae sunt pessima, vt videan-
 tur esse tua, quae sunt optima: nam demittere se ac de-
 scendere pluris esse deputo, quā in ardua conari. Vt
 enim sit hoc honestius, illud certē laboriosius, et operæ
 maioris. Proinde siue tu talia credis esse nostra, quibus
 imitandis operā impendas: siue hoc agis demerendi mei
 causa, utroq; modo tibi plurimum debeo: relaturus ali-
 quando gratiam, nolo dicere, cum potero (nunquā enim
 po-

Ioannis
Pici Mi-
randulae
laus.

Philoso-
phi nostri
temporis
barbari.

potero) sed cum tui ipse, vel tui posse me putabitis: tanta enim est familiae totius vestrae bonitas, et humanitas, ut beneficium quod non est, imputare pro beneficio soleatis: quamobrem ex usu meo fecero, si vobis et modum, et tempus reposcendae gratiae reliquero, ut in expunctione rationum paralogismus omnis, et impostura non a me, sed a vobis tota proficiscatur. Quae vero de ratione studiorum tuorum ad Scythiam scripsisti, et communicanda mecum esse voluisti, maxima voluptate nos affecerunt. Gratulatus sum huic saeculo virum tanta doctrina, ut nihil ferere nesciat, tanta cura, ut nil omnino scire videatur. Video te Poeta egregium, Oratorem eminentissimum. Animaduvertero te Philosophum prius Aristotelicum, nunc etiam Platonicum esse factum. Video litteras Graecas, quae in te sole desiderari poterant, et sine quibus nihil eras futurus, non didicisse modo, sed hausisse: idque facilitate tanta, celeritateque, ut litteras Graecas ignorasse aliquando te neque tu memineris, neque persuadere possis alios: id quod de Hieronymo Donato meo non plus libenter, quam verere praedico. Hortarer te ad has litteras, uti eas tam plane familiariter, quam Latinas teneres, sed non indiges caribus. Et hercule verba prodigunt, quicumque peritioribus se consilium dare pergunt. Vnum te scio scire, nullius Latina lingua tot saeculis extare monumenta, qui litteris Graecis caruerit. Nec enim inter auctores Latinae linguae numero Germanos istos, et Teutonas, qui ne viuentes quidem viuebant, nedum ut extincti viuant: aut si viuunt, viuunt in poenam, et contumeliam. Appellatur enim vulgo sordidi, rudes, inculti, barbari. Quis malit sic esse, quam prorsus non esse? At enim utile aliquid dixerunt, valere ingenio, doctrina, bonarum rerum copia: non nego penitus, quod et possum negare: sed sermo nitidus,

tidus, & elegans, saltem purus, & castus, qualis vel in
 auctoribus Christianis, Græcis, Latinisq; perspicitur,
 laudem, & memoriam sempiternam scriptoribus concē-
 liat. Nisi quis pictorem, et excusorem, & statuarium, et
 ceteros opifices laudari posse iudicet hoc solo, quod
 magni cōstet, & pretiosa sit materia, circa quā versen-
 tur. Aut si Chœrilus, & Meuius habuissent illam sege-
 tem canendi, quam Vergilius & Homerus, futurum fuis-
 se, ut primum à Creticis, & Aristarchis mox comuni
 Grammaticorum cōsensu redigerentur in numerū Poē-
 tarum. An verius est Chœrilum, & Meuium, quacūque
 materia, Chœrilum & Meuium futuros, neq; Chœrilum
 Iliada, neque Meuium Aeneida, conscripturos unquam
 fuisse? Non plus utique quàm Chœrilum Aeneida. Me-
 uiū Iliada. Quī enim possum non iocari, cum scribo de
 ridiculis? sed nimis fortasse multa de nebulonibus: redeo
 ad propositum. Amplectere litteras Græcas, non iam ut
 discipulus, sed ut doctor, gloriareq; de nullo verius dici
 posse tritum illud, quàm de te, per omneis arteis multos
 discipulos meliores esse præceptoribus, id quod senario
 Græco significantius exprimitur. πολλοὶ μαθηταὶ κρείτ-
 τους διδασκάλων. Quod verò me ad Platonis libros, &
 placita hortaris, agnosco benevolentiam tuam. Habeo
 Platonem in manibus, & habeo semper cum spōte mea
 satis inuitatus, tum à te fideliter, & amice commonitus.
 Verbū est Simplicij: nemo profiteatur Aristotelem, qui
 Platonem ab Aristotele dissociet, ut diuersa sentientem.
 Cui autē potest consentire Plato cum Aristotele, nisi ei
 qui libros, & cōmentationes vtriusq; cognouerit? Co-
 dices quicunq; sunt apud nos, ex ijs quos desideras, cu-
 rabo tibi protinus exscribantur. Vale. Venetijs, Nonis
 Aprilis. M. CCCC LXXXV. Politianum meum ἀσπασμαί. Salueret
 iubeo.

Hermo-
lai Barba-
ri laus.

EGO quidem mi Hermolae, nec possum aut tacere, quae de te sentio, aut non sentire ea, quae de illo debeant, in quo omnia veluti singula summa reperiantur. Sed utinam esset is me a mentis captus, ut pro meritis tuis de te sentirem: utinam ea dicendi vis, ut exprimere aliquando possem, quod semper sentio. Scio quae de te concepi infinitum subsidere infra fastigia doctrinae tuae. Scias et tu quaecumque loquimur, longe esse minora ijs, quae concepimus. Tam deesse scias animo verba, quae rebus animus deest. Et tamen ita me audere credis, ut sperem posse imitari tua, quorum nec magnitudinem aestimare possum. Admirari te possunt omnes, imitari tam pauci possunt, quam nemo reprehendere. Et utinam ea mihi felicitas, ut quae scribam, Hermolaum meum aliqua ex parte imagentur. Ipse enim (ut taceam cetera) stylus tuus, cui tu adeo male faues, mirum quantum me afficit, atque delectat. Ita est doctus, gravis, compositus, eruditus, excusus, ingeniosus, in quo nihil expositum, nihil vulgatum, nihil sit triuiale, seu verba, seu sententias spectes. Legimus saepe ego et noster Politianus quascumque habemus tuas, aut ad alios, aut ad nos epistolas. Ita semper prioribus certant sequentia, et nouae fertiliter inter legendum efflorescunt venteres, ut perpetua quadam acclamatione inter spirandi locum non habeamus. Sed mirum dictu, quam persuadeas, et legentis animum quocumque velis impellas. Expertus sum ego cum semper alias, tum hac proxima tua ad me epistola, in qua dum barbaros hos Philosophos insectaris, quos dicis haberi vulgo sordidos, rudes, incultos, quos nec vixisse viuētes, nedum extin-

Et i via

Et i uiuant: & si nunc uiuant, uiuere in poenam, & con-
 tumeliam, ita hercules sum commotus, ita me puduit, pi-
 guitq; studiorū meorū (iā enim sexenniū apud illos ver-
 sor) vt nihil minus me fecisse velim, quā in tā nihili fa-
 ciēda re tam laboriosē contendisse. Perdiderim ego, in-
 quam, apud Thomam, Ioannem Scotum, apud Albertum,
 apud Auerroēm meliores annos, tantas vigilas, quibus
 potuerim in bonis litteris fortasse non nihil esse. Cogi-
 tabam mecū vt me consolarer, siqui ex illis nunc reuiui-
 scant, habiturine quidquā sint, quo suam causam argu-
 mentosi alioqui homines ratione aliqua tueātur. Demū Eloquentia, & ora-
 succurrit ex ipsis quēpiā paulō facundiorē suam bar- tionis or-
 bariam, quam poterit minimē barbarē hunc in modū for- natus an-
 tasse defensurū: Viximus celebres ō Hermolaē, & post- deceat
 hac viuemus, non in scholis grammaticorū, & pädago- philoso-
 gijs, sed in philosophorum coronis, in conuentibus sa- phum,
 pientum, vbi non de matre Andromaches, non de Nio-
 bes filijs, atq; id genus leuibus nugis, sed de humanarū,
 diuinarumq; rerum rationibus agitur, & disputatur. In
 quibus meditandis, inquirendis, & enodandis, ita subti-
 les, acuti, acresq; fuimus, vt anxij quandoq; nimium, &
 morosi fuisse fortē videmur, si modō esse morosus quis-
 quā, aut curiosus nimio plus in indaganda veritate po-
 test. Atque in his quidem si quis nos arguat hebetudinis,
 & tarditatis, age anabo quicumque is est, pedem con-
 ferat, experietur habuisse barbaros non in lingua, sed in
 pectore Mercurium, non defuisse illis sapientiam, si de-
 fuit eloquentia: quam cum sapientia non coniunxisse tā-
 tum fortasse abest à culpa vt coniūxisse sit nefas. Quis
 enim cincinnos, quis fucum in proba virgine non dānet?
 Quis in Vestali nō detestetur? Tāta est inter oratoris
 munus, & philosophi pugnantiā, vt pugnare magis in-

uicem non possint. Nam quod aliud rhetoris officium, quam mentiri, decipere, circumuenire, praestigiari? Est enim vestrum (vt dicitis) posse pro arbitrio in candida nigrum vertere, in nigra candidum: posse quaecunque vultis tollere, abijcere, amplificare, extenuare dicendo. Demum res ipsas magicis quasi (quod vos iactatis) viribus eloquentiae, in quam libuerit faciem, habitumque transformare, vt non qualia suo pte ingenio, sed qualia volueritis, non fiant quidem, sed cum non sint, esse tamen audientibus appareant. Hoc totum estne quidquam aliud, quam merum mendacium, mera impostura, merum praestigium, cum a natura rei semper, vel augendo excedat, vel minuendo deficiat, & fallacem verborum concentum, veluti laruas, & simulacra praetendens, auditorum mentes blandiendo ludificet? Eritne huic cum philosopho affinitas, cuius studium omne in cognoscenda, & demonstranda ceteris veritate versatur? Adde quod nobis nulla erit fides, laetitias vocum, & vengeres affectantibus, quasi rebus parum fidentes, nec verò nixi trahere in sententiam his lenocinijs. homines queraemus. Est ob hanc causam legere res sacras rusticè potius, quam eleganter scriptas: quod nihil sit magis deo decens, & noxium in omni materia, in qua de verò cognoscendo agitur, quam vniuersum istud dicendi genus elaboratum. Hoc, hoc forensium est quaestionum, non naturalium, atque caelestium. Non est eorum qui in academia, sed qui in Repub. illa versantur, in qua quae sunt, quaeque dicuntur, populari trutina examinantur, apud quam flores fructibus longè praeponderant. Nonne scitis illud? Non omnia omnibus pari filo conueniunt. Est elegans res (fatemur hoc) facundia, plena illecebra, & voluptatis, sed in philosopho nec decora, nec grata.

Quis

Quis mollem incessum, argutas manus, ludibundos oculos in histrione, & saltatore non probet? in ciue, in philosopho, quis non improbet, arguat, abominetur? Si puellam viderimus moribus lepidam, atque dicaculam, laudabimus, exosculabimur: hæc in matrona damnabimus, & persequemur. Non ergo nos, sed illi inepti, qui ad pedes Vestæ agant bacchanalia, qui grauitatem philosophicarum rerum, & castitatem ludicris veluti, & calamistris dehonestent. Profecto quod Sinesius de adolescente, de oratione dici commodè potest, comatam orationem semper cinedam. Quare nos nostram malumus capillis hirtam, globosam, inexpeditam, quam cum impuritatis, vel nota, vel suspitione bellè comatam. Alioqui Palladis peplum non reuelaret, sed à sacris uti profana repelleretur. Et ut nihil sint reliqua, hoc est verissimum, nihil esse diuersum magis ab instituto philosophi, quacūque in re quam quod luxum, aut fastiū aliqua ex parte sapit. Sicyonios calceos habiles, apertosq; ad pedem dicebat Socrates, sed Socrati non conuenire. Omnino non eadem ratio ciuilis habitus, & philosophici, sicut neque mensæ, neque sermonis: utitur his philosophus duntaxat ad necessitatem, utitur ciuilis homo etiam ad gratiam: quā & hic si neglexerit, non ciuilis: & ille si affectauerit, non erit philosophus. Si posset Pythagoras viuere sine cibo, holeribus etiā parceret: si sua sensa aspectu, aut demum minore, q̄ sermonis opera explicare, omnino non loqueretur, tantum abest, ut lint guā poliat, & exornet. Quod vel ob id cauendum nobis, ne illectus cute medicata lector demoretur ad eā, ad medullam, & sanguinem nō peruadat, quē subesse sepe cerussato ori infectū vidimus. Vidimus, inquit, in hisce omnibus, quibus propterea in usu venit, cum nihil sit in a-

tus non inane, & vanum, detinere lectorem in prima facie, modulatu vario, atque concentu: quod si fecerit philosophus, clamabit Musonius non philosophum loqui, sed tibicinem canere. Non ergo vobis vitio detur id non fecisse, quod fecisse vitium erat. Querimus nos quidnam scribamus, non querimus quomodo: imò quomodo querimus, ut scilicet sine pompa, & flore vilo orationis, quam volumus ut delectabilis, venusta, & faceta sit, sed ut utilis grauis, & reuerenda, ut maiestatem potius ex horrore, quam gratiam ex mollitudine consequatur. Non expectamus theatri plausum, quod aures demulserit æquabilis clausula, vel numerosa, quod hoc sit falsum, illud sit lepidum: sed expectamus paucorum potius præ admiratione silentium, introsipientium penitus aliquid, aut de naturæ adytis erutum, aut de Iouis aula ad homines adductum: tum vel aliquid ita argutum, ut defendendi: ita defensum, ut arguendi non sit locus. Admirantur præterea nos sagaces in inquirendo, circumspectos in explorando, subtiles in contemplando, in iudicando graues, implicitos in vinciendo, faciles in enodando. Admirantur in nobis breuitatem styli, setam rerum multarum, atque magnarum, sub expositis verbis remotissimas sententias, plenas questionum, plenas solutionum: quam apti sumus, quam bene instructi ambiguitates tollere, scrupos diluere, inuoluta euoluere, flexianimis syllogismis & infirmare falsa, & vera confirmare. His titulis ô Hermolaë vindicauimus hucusque, & vindicaturos posthac ab obliuione memoriam nostram non dubitamus. Quod si vulgò (ut dicis) habemur sordidi, rudes, inculti, hoc nobis ad gloriam est, non ad contumeliam. Vulgo non scripsimus, sed tibi, & tui similibus. Nec aliter quam prisca suis enigmatibus

& fabularum inuolucris acerbant idiotas homines à
 mysterijs: & nos consueuimus abstertere illos à no-
 stris dapibus, quas non polluere non possent amario-
 ri paulum cortice verborum. Solent & qui thesauros
 occultare volunt, si non datur seponere, quisquilijs in-
 tegere, vel ruderibus, vt prætereuntes non deprehen-
 dant, nisi quos ipsi dignos eo munere iudicauerint. Si-
 mile philosophorum studium celare res suas populum, à
 quo cum non probari modo, sed nec intelligi illos de-
 ceat, non potest non dedecere habere aliquid, quæ ip-
 si scribunt, theatrale, plausibile, popolare, quod demum
 multitudinis iudicio accommodare se videatur. Sed vis
 effingam ideam sermonis nostri? Ea est ipsissima, quæ
 Silenorum nostri Alcibiadis. Erant enim horum simu- Sileni AL-
 lacra hispido ore, tetro, & aspernabili, sed intus plena cibiadis.
 gemmarum, supellectilis raræ, & pretiosæ: ita extrin-
 secus si aspexeris, feram videas: si introspexeris, nu-
 men agnoscas. At inquires, non ferunt aures nunc aspe-
 ram, nunc hiulcam, semper inconsonam texturam, non
 ferunt barbara nomina, ipso etiam penè timenda sono.
 O delicate, cum accedis choraulas, & citharædos po-
 ne te in auribus: cum verò philosophos, auoca à sensi-
 bus, redeas ad teipsum in animi penetralia, mentisque
 secessus. Assume illas Thianei aures, quibus, cum omni-
 no non erat in corpore, non terrestrem Marsiam, sed
 Apollinem cælestem diuina cithara vniuersi melos in-
 effabilibus temperantem modis exaudiebat. His auribus
 philosophorum verba si delibaueris, melleat tibi ad Ne-
 storis inuidiam esse videbuntur. Sed hæc sinamus nimio
 plus assurgentia. Profectò fastidire in philosopho subti-
 lissime disputante minus concinnam elocutionē, non tam
 delicati stomachi est, quam insolentis. Neque est aliter, ac

si quem in Socrate de moribus docente offendat aut la-
xus calceus, aut toga dissidens, & scētum prauē stoma-
chetur ob vnguem. Non desiderat Tullius eloquentiam
in philosopho, sed vt rebus, et doctrina satisfaciat. Scie-
bat tam prudens, quā eruditus homo nostrum esse com-
ponere mentem potius quā dictionem: curare, ne quid

In affectu aberret ratio, non oratio. Attinere ad nos ἡ ἀνάγκη τῆς
orationē. ὅς, non attinere τὸν ἡ πρόφορᾶ. Laudabile in nobis ha-
In eloquē bere Musas in animo, & non in labris: nequid in illo vel
tia, siue e- per iram sonet asperius, vel per libidinem enervatus.
nuntiati- Denique nequa sit discors à genuina ipsa, qua tempe-
one. ratus est modulabiliter harmonia. Quam Plato cum in-

IA in illa telligeret theatrāli ista, & poētarum saepe corrumpi, à
Repub. sua poētas omnes eliminavit, gubernandam au-
tem philosophis reliquit, mox certē si per lasciuia diff-
serendi poētas fuerint imitati, exilio condemnandis. At
In Lucre- instabit Lucretius, et si non egeant per se philosophie
tium. commentationes amœnitate dicendi, per eius tamen ad-
hibitionem dissimulandam esse ipsarum rerum austeri-
tatem, sicut absynthia per se pellunt morbos, melle ta-
men illinuntur, vt puerorum aetas improvida ludifica-
tur. Hoc fortē tibi faciendum erat ô Lucreti, si pueris
scribebas tua: si vulgò, faciendum vtique tibi, qui non
absynthia modò, sed mcracissima toxica propinares. Sed
longē alia nobis habenda ratio, qui vulgus (vt antē dis-
ximus) non allectare quarimus, sed absterrere, nec tetra

In Laetan absynthia, sed nectar propinamus. Sed contendet La-
tium. et antius satis constare in auditorum animos, vel seniorū
influerē potētius veritatem, & vi sua instruatam, & luc-
ce orationis ornatam. Si fuisses ô Firmianē tam frequē
in sacris litteris, quā in fictis libris fuisi, & hoc nos
dixisses, & nostra nō minus bene fortasse confirmasses,
quā

quàm destruxeras aliena. Dic, quæso, quid mouet fortius, & persuadet, quàm sacrarum lectio litterarum? Non mouent, non persuadent: sed cogunt, agitant, vim inferunt legis rudia verba, & agrestia: sed viuâ, sed animata, flammea, aculeata, ad inum spiritum penetrantia, hominem totum potestate mirabili transformantia. Periculis orationibus elaboratis, & luculentis nihil se commoueri inquit Alcibiades, sed Socratis verbis nudis, & simplicibus. Addit etiam si sint inepta, rapi in furorē, extra se poni, & velit, nolit, faciendum ei, quod ille præceperat. Sed quid perdo verba in re confessa? si non desipit auditor, a fucato sermone quid sperat aliud quàm insidias? Tribus maxime persuadetur, vitâ dicentis, veritate rei, sobrietate orationis. Hæc sunt Lactanti, quæ a tribus. philosopho fidem conciliabunt: si bonus fuerit, si veridicus, si id genus dicendi appetens, quod non ex amœnis Musarum siluis, sed ex horrendo fluxerit antro, in quo dixit Heraclitus latitare veritatem. At dicet quispiam: Agè amice, examinemus hæc deposita contentione. Res uerendum quoddam, atque diuinum per se est sapientia, nec exotico quoquam eget ornatu: sed quæ inuidia & hunc accedere? Quis negat quæ per se decent, si adorantur, fieri decentiora? Ego amice hoc in plerisque nego, adeò multa sunt, quorum splendorem, si quid adiunxeris, elimines, & non illustres: ita sunt scilicet in sua natura optimo statu, ut demutari ab illo nisi in peius, non possint. Marmorea domus picturam non recipit, si opus albarium superinduxeris, demas de dignitate, de pulcritudine. Non aliter & sapientia, & quæ tractatur a philosophis tectorio non clarescunt, sed offuscantur. Quid plura? Nonne vulgatum bonas formas cerussa deuenustat. In vniuersum quidquid pulcri superimponas,

celat quod inuenit: quod affert secū, illud ostētat: Quā
 re si quod prius fuerat aduentitio præstat, iacturā fe-
 cerit illud quidquid est, non lucrum, Ob eam causam
 nudam se præbet philosophia, vndique conspicuam, to-
 ta sub oculos, sub iudicium venire gestit, scit se habe-
 re vnde tota vndique placeat. Quantum de ea veles, tan-
 tum de forma veles, tantum de laude minuas, sinceram,
 & impermistam se haberi vult, quidquid admisceas, in-
 feceris, adulteraueris, aliam feceris, stat puncto infecti-
 li, & indiuiduo. Quapropter nec ludendum tropis, nec
 verbis aut nimis luxuriandum, aut translatis lasciuien-
 dum, aut factitijs audendum in re tam seria, tanti disci-
 minis, in qua demere, addere, demutare aliquid, sit fla-
 gitium. At inquires, Age damus hoc vobis, vt non sit ve-
 strum ornate loqui: sed vestrum est certē (quod nec præ-
 statis) vt Latine saltem, vt si nō floridis suis tamen ver-
 bis res explicetis. Non exigo à vobis orationem com-
 tam, sed nolo sordidam: nolo vnguētatam, sed nec hira-
 cosam. Non sit lecta, sed nec neglecta. Non querimus
 vt delectet, sed querimur quod offendat: bene habet,
 iam scilicet ad nos deficiis. Sed amabō iam cognoscamus,
 quid isthæc sit Latinitas, quam solam dicitis debere phi-
 losophos, & non persolvere. Si dicendo incurrat, exem-
 pli causa, à Sole hominem produci, causari hominem
 nostrates dicent. Clamabis actutum, hoc non est Lati-
 num, hucusque verè, non est Romanè dictum, hoc verò
 verius, igitur nō rectè, peccat argumentū. Dicit Arabs
 eandem rem, dicit Aegyptius, non dicent Latine, sed ta-
 men rectè. Aut enim nominarum arbitrio constant, aut
 natura. Si fortuito positu, vt scilicet communione homi-
 num in eandē sententiā cōueniente, quo sanxerit vnum
 quodq; nomine appellari, ita apud eos rectè appelletur:
 quid

quid prohibet hosce philosophos, quos nuncupatis barbaros, conspirasse in vnam dicendi normam, apud eos nō secus sanctam, ac habeatur apud vos Romana? Illam cur rectam non appelletis, appelletis vestram, nulla est ratio. Si hæc impositio nominum tota est arbitraria, quod si dignari illam Romani nominis appellatione non vultis, Gallicam vocetis, Britannicam, Hispanam, vel (quod vulgares dicere solent) Parisiensem. Cum ad vos loquentur, continget eos pleraque rideri, pleraque non intelligi. Idē accidet vobis apud eos loquentibus, Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίων σολοικίζει, Ἀθηναῖοι δὲ παρὰ Σκύθαις, id est, Anacharsis apud Athenienses solœcismum facit, Athenienses apud Scythas. Quod si nominum reatitudo pendet ex natura rerum, debemusne rhetores, an philosophos, qui rerum omnium naturam soli perspectam habent, & exploratam de hac reatitudine consulere? Fortē quæ aures respuunt, vtpote asperula, acceptat ratio, vtpote rebus cognatiora. Sed quid oportuit nouare eos linguam, & si nati erant inter Latinos, non Latine loqui? Non poterant illi ò Hermolaë, dum legebant in cælo factorum leges, euentorum notas, ordinem vniuersi: legebant in elementis nascendi vices, & obeundi simplicium vires, mistorum temperaturas: non poterant, inquam eodem tempore in Cicerone, in Plinio, in Apuleio Romanæ linguæ proprietates, leges, obseruâtias adnotare. Quærebant quid abhorrens, quid receptum in natura: quid à Romanis interea non curabant. Verum enimvero iam te loco meliore statuo, do tibi eloquentiam, & sapientiam mutuo nexu inuicem conspirasse. Abiunxerunt philosophi sapientiam ab eloquentia: abiunxerunt historici, rhetores, poëtæ, quod deslet Philostratus, eloquentiam à sapientia. Hos tu victuros celebri fama minime

Mortua-
ria glos-
saria.

dubitas. Illos non nisi in pœnam, & contumeliâ. Vide quid agas, in disertam mauult Cicero prudentiam, q̃ stultâ loquacitatē. Non quærimus in pecunia, quæ moneta percussa sit, sed qua materia constet. Nec est qui purum aurum non malit habere sub nota Teutonum, quàm sub Romano symbolo factitium. Peccant qui disidium cordis, & linguæ faciunt: sed qui excordes toti sunt lingua, nōne sunt mera (vt Cato ait) mortuaria glossaria. Viuere sine lingua possumus, fortē non commodē: sed sine corde nullo modo possumus. Non est humanus, qui sit insolens politioris litteraturæ. Non est homo, qui sit expers philosophiæ. Prodesse potest infantissima sapientia, insipiens eloquentia, vti gladius in furentis manu, nō obesse maximē non potest. Ergo inquires, & statuae non à figura, sed à materia commendantur. Et si Chœrilus eadem quæ Homerus, & de eisdem Meuius, ac Vergilius cecinissent, futurum erat vt æquē illi, atque isti inter poetas reciperentur. Nōne vides disparilitatem similitudinis? Illud & nos asscueramus, à specie rem æstimari, nō ex fabricato. Est enim à specie res id quod est: sed alia specie quispiam inter philosophos, alia inter poetas recipiendus. Scribat Lucretius de natura, de Deo, de prooidentia, scribat de iisdem ex nostris quispiam, scribat Ioannes Scotus, & quidem carmine, vt sit ineptior. Dicet Lucretius rerum principia, atomos, & vacuum: Deū corporeum, rerum nostrarum inscium: temere omnia fortuito occurso corpusculorum ferri: sed hæc Latine dicet, & eleganter. Dicet Ioannes, quæ natura constant suamateria, speciēque constitui: esse Deum separatam mentem, cognoscentem omnia, omnibus consulentē. Nec propterea quod vniuersa etiam infima videat, ac modetur, e sua pace minimum dimoueri, sed quod d. ci. fo. let.

let, κατ' ὄντα μὴ κατ' ἴσως. At dicet insulse, ruditer, non
 Latinis verbis. Quæso quis in dubium reuocet, vter
 poëta melior, vter philosophus? Extra omnem est con-
 trouersiam, tam rectius Scotum philosophari, quam ille
 loquitur ornatius. Sed vide quid differant: huic os infi-
 pidum, illi mens desipiens. Hic grammaticorum, ne poë-
 tarum dicam, decreta nescit: ille Dei atque naturæ. Hic
 infantissimus dicendo sentit ea, quæ laudari dicendo sa-
 tis non possunt: ille fando eloquentissimus eloquitur ne-
 fanda. Hæc illi fortasse afferent, Hermolaë carissime, in
 defensione suæ barbariæ, aut, qua sunt subtilitate, mul-
 to fortasse meliora. Quorū sententiæ nec ego planè ac-
 cedo, nec ingenio cuiquam, & liberali accedendum pu-
 to: sed exercui me libenter in hac materia, tanquam in-
 fami, vt qui quartanam laudant, cum vt ingenium peri-
 clitaret, tum hoc consilio, vt veluti Glaucō ille apud Pla-
 tonem iniustitiam laudat, non ex iudicio, sed vt ad lau-
 des iustitiæ Socratem extimulet. Ita ego vt eloquentiæ
 causam à te agi audiam, in eam licentius repugnante
 paulisper sensu, atque natura inuectus sum: quam si
 vel negligendam, vel posthabendam barbaris existima-
 rem, non ab illis ad eam, quod nuper feci, ad Græcas lit-
 teras, ad tuum nunquam satis laudatum Themistium pe-
 nè totus defecissem. Quamuis (dicam libere quod sen-
 tio) mouent mihi stomachum grammatistæ quidam, qui
 cum duas tenuerint vocabulorum origines, ita se osten-
 tant, ita venditant, ita circumferunt iactabundi, vt præ-
 seipsis pro nihilo habendos philosophos arbitrentur.
 Nolumus, inquiunt, hæcæ vestras philosophias. Et quid
 mirum nec falernum canes. Sed nos hac fini epistolam
 claudamus. Si decus aliquod, nomēque sibi promerue-
 runt barbari illi sola rerum cognitione, non esse facile
 dictu

dictu, quem locum, quid laudum tu tibi vendices, qui sis inter philosophos eloquentissimus, inter eloquentes, ut dicam Græce, φιλοσοφώτατος. Florentiæ, III. Nonas Ianuarias. M. CCCC. XCV.

HERMOLAVS BARBARVS

Ioanni Pico Mirandulæ suo S. D.

EXSPECTABAM quidem istinc vsuras aliquas omnino ex ijs litteris, quas superioribus diebus ad te dedissent: sed tu eas (quæ tua liberalitas est) etiam incivilibus, & immodicis remunerandas esse censuisti, non epistolam rescribens, sed volumen ferè iustum. Ea mihi res, ut par erat, attulit incredibilem voluptatem, quod videbam te quanquam occupatissimum, delectari lectione litterarum mearum adeo, uti ne minima quidem in ijs, & friuola præterire inexplorata patiare: id quod ego nuper ex hac epistola tua facile animaduerti. Nam cum ipse in quodam litterarum ad te mearum angulo quasi aliud agens, & in transcurso philosophos cui non stri barbaros insectatus essem, quibus te quoque infensum esse factum, & nuntium remississe scriberes, occasione hinc arrepta, litem, & controuersiam veterem inter nos & illos de genere dicendi philosophorum multis millibus versuum comprehensam, & explicatam, opus elegans, eruditum, elaboratum ad nos misisti, perfectum celeritate tanta, ut nisi quod opes ingenij tui perspectissimas habebam, crediturus fuerim paratum fuisse tibi pridem hoc argumentum, ut ad primam quaque occasionem proferre posses. Sed ut ea mihi res & festiuior, & iucundior eueniret, homo lepidissimus, humanissimus, latinissimus, barbaros contra Barbarum defendis, ut hostis pro hoste, socius contra socium, ipse contra teipsum stare, patrocinariq; similes. Illud sanè plurimum me delectat

leſtat, quòd ſub ſpecie deſenſionis exitiſaliter iugulas,
 quos deſendis. Primum quòd hoſtes eloquentiæ tueri ſe,
 niſi per eloquentes viros non poſſunt, quaſi mancipia,
 quaſi bruta: deinde, quòd ſi te patrono, te vindice, te
 aduocato non elabùtur, neq; colluctari, neque tergiuer-
 ſari præterea poterunt. Proinde ab amicis, quos habeo
 Patauij, certior factus ſum apologiam tuam, quæ Scy-
 tharum & Teutonum eſt inſcribi cœpta, quaſi Typho-
 nis, & Eumenidum laudatio moleſtiſſimam accidiſſe ma-
 iori eorum parti, quos deſendis, alijs aliter factum tuũ
 interpretantibus. Nam nobis quibus cum verbo litigas,
 corde ſentis, gratiſſimam omnibus rem feciſti, quia &
 ductum, & emphafiſim intelligimus, ἀλλὰ μὴ γὰρ Λεύκων,
 ἀλλὰ δὲ Λεύκων & υἱός. Alioqui transfugam appellare te
 poſſemus, ſi quẽadmodũ ſcribis, etiã ſentires. Quanquã
 ut tecũ iocer, ſi transfuga non es, præuaticator ſis oportet,
 qui parietes duos linas, & cauſſam quam ſuſceperis,
 ſchemate corrumpas. Nihil enim intereſt, quicun-
 que ratione Barbaros clientes tuos prodas. Quod autem
 ſchema callidius adire poteras, quàm reus eloquentiæ
 conſtitentes, & noxios eloquentia conari ſumma deſen-
 dere? idque rationibus, quas vel ipſi facillimẽ diluant,
 quos tueris: modò ſiquis eſt ex illo grege, qui poſſit
 ea capere quæ dixiſti, tanto cultu prædita, tot lumini-
 bus, tot emblematis oculos aduentium ſtringentia, ad-
 de tot ſententias prurientes, tam multas hiſtorias, &
 exempla remotioris doctriinæ, quaſi ſoſculos, & om-
 nino βάλαρας ἄγανδῶν, ad quæ ſiqui ſunt ex illis pau-
 lominaſini, volebam dicere ἀνογοί, auriculas tan-
 tum mouent, ceteri diffugiunt, reſpuunt, deteſtan-
 tes. Quorum eſt numero vnus aliquis a gymnaſio Pata-
 uio (nihil conſingo Pice, ridiculam omnino, ſed veram
 hi

Alia enim
 Leucon,
 alia Leuco
 nis filius.

Mare bo-
 norum.

Inelegan-

historiam denaro) audaculus, & insolens, cuiusmodi fe-
 re sunt, qui litteras humaniores & odio, & ludibrio
 habent: Picus, inquit, iste quisquis est, grammaticus opi-
 nor, paruo pedi calceos magnos circumdedit. Quid enim
 opus est tam multis rhetorijs? aut quid ranis propinat?
 addidimus ipsi, & quidem Seriphijs. Ecquis est, inquit,
 tam stolidus, atque sensu carens qui patronū hunc egre-
 gium cum altero quisquis est, nephario grammatisia col-
 ludere non intelligat? Mihi quidem videtur flere ad tu-
 mulum nouercae, nullam homini fidem habeo. Accedit
 quod nec prima huius cantionis, nec media, nec postrea
 mateneo, non secus hercule, q̄ si Græcè nos vel Aegy-
 pticè defenderet, & omnino littoribus loquitur. Sed fin-
 ge patrociniū eius fidele: si vincimur, malè factum: sin
 vincimus, pessimè. Futurum enim est ut non iure nostro
 erepti, sed eloquentiae viribus dicamur, cui sumus, & sem-
 per esse volumus infensissimi. Quid autem potest inge-
 nuo molestius accidere, quàm ei vitam, & salutem debe-
 re, quem sublatum, & perditum velit? Atque iste ipse
 noster inopinatus, & magnus patronus si superabitur:
 quoniam superari cum eloquentia non posse prædicant,
 ratione ipsa superatus, & veritate putabitur: sin supe-
 rabit (quod abominor) deficiet ad suos illico, decus hoc
 & victoriam eloquentiae suae tribuet. Malo non defendi,
 quàm hoc periculo defendi: suspectum mihi hoc homi-
 num genus est. Lepori canis fauet: intempestiua beneuo-
 lètia (nescio qui poëta dixerit) nihil à similitudine differt.
 Iam quis vnquam hominem sic defendit, ut ea quae dicun-
 tur, intelligat solus accusator? Aut quis ita causam suā
 agi patiat, ut is qui sententiam est laturus, ex aduer-
 sa parte iudex idem, & arbiter cooptandus sit? Atne
 reiectioni quidem locus esse possit, ut conditione simus
 peggiore

peiore futuri multò, quàm fabri, quàm mancipēs tabernarum, & institores, & venalitij. Sed audio cum exemplis, historijs, fabulis, testimonijs poetarū vti, nec enim percipio ipse, quæ pro nobis scripsit. Quod si hæc vera sunt, miseri quo recidimus? Ad eon' rem rediisse, vt tenere iura nostra per fabulas, & apologos oporteat? At verò esse, vbi & hypotheticis, & inductionibus, & enthymematis agatur. Quid ni? Philosophus sum, apodixin desidero, cetera oratoribus relinquo. Dices non omnia posse per apodixin doceri, probabilibus interim locum esse. Reuocatur, ergo res ad aleam, probabilia multa contranos, pro nobis item multa, quis arbitrabitur? Finge dictum esse ab isto, philosophiam rebus constare, verborum pompa nihil indigere. Credo enim hanc esse summam omnium, quæ pro nobis dicantur. Contra illi philosophiam, quæ sit munus diuinum, sanctum, religiosum, religiose adiri oportere, manibus non illotis, sed puris, sed nitidis. sermone casto, non spurco, non lutulento contrectari. Vtrunque probabile, tã illud prius, quæ sua vi polleant, extrarijs non egere, quàm hoc posterius, rem nobilem, & eximiam, & visendam sordidis verbis, & ignobilibus inquinari, contaminari, pollui non debere. Vendibilius hoc fortasse, non quòd philosophia sine verborum delectu pellucet, & nitentium, desinat esse summum bonum: sed quemadmodum numina, quanquam nihil indigent humanis opibus, tamen & donari, & coli volunt: ita philosophia ornari se non modo patitur, sed amat, inquit, & laborat. Deo perfectius, absolutius nihil esse, nusquam tamen plus auri, plus argenti, plus marmoris, plus pretiosæ vestis, plus gemmarum, quam in templis, & in altaribus conspici. Non igitur licere deos colere, philosophiam nefas esse.

NOUE

Locus à
cōtrarijs.

Nouerunt enim & oratores locum à repugnantibus, & contrarijs: eoque vel frequentissime vtuntur, qui est inter omnes (vt ipsi prædicant) instantissimus, & acerrimus. Quid autē sit instans, & acer sermo, nihil docent, sed nos ad Aristotelem nunquam à nobis lectum, nunquā legendum remittunt. Iam ne illi quidē philosophos eloquentibus postponunt, non enim tam parum prudentes sunt, sed philosophos eloquentes infantibus præferunt. Nempe quia plus sit bonis duobus esse præditum, quàm vno. Dicunt enim hoc argumentum à toto duci: Themistium id eos docere, quem ē Græco in Latinum vertisse gloriantur. Nam totum & quantitas esse, quantitatem porro aliam numeri, aliam modi faciunt. Quia verò nos argumento respondebamus (sæpe enim cum ista grammatarum, & nebulonū manu congregior) alterutrum duorum aut eloquentiam bonum non esse, aut bonum quidem esse. Ceterum nihil attingere ad eam de philosophia, vtique non plus quàm ad sutoriam, statuariā, excusoriam, vtranque disunctionis partem longissimo, & profundissimo risu exceptam amoliuntur, & diluunt in hunc modum. Primum, quòd philosophia omnis boni sit: Rhetoricen porro philosophiæ partem esse testantur Peripateticos omnes ferè contendunt. Speciem enim esse ciuilem scientiæ rhetoricen Aristoteli credendum esse, qui hoc dicat. Hoc genus interpellationem ab Aristotele vocari affirmant eam, quæ generaliter obnuntiet, & ad primam tantum syllogismorum figuram pertineat: sicut eam quæ particulariter concipitur, in figuram summam, nec aliter reponi posse. Hoc ego verum sit, contra, nescio: nec enim Aristotelem vbi hoc dixerit inuenio, sed satis intelligitur argumentum à genere sumtum esse. Quanquàm dicat hæc Aristoteles porro

genti

tenta, necne, ipsi parum laboramus. Quandoquidem philosophi eius omnes fere libri nimiam propter obscuritatem à nobis deserti sunt, ab illis, ut iactant, occupati: propterea nos qui bouillas edimus, et suillas, qui que pomenta nobis hæc delicatos, et ociosos homines susfurari facile passi sumus, congressum hunc in Aristotele, quasi scopulum vitamus, in cetera pertinaces, et imperterriti. In altera porro disiunctionis parte sic eludimur, Si ad rhetoricen philosophia nihil pertinet, nec animal ad hominem. Pertinet autem animal ad hominem, quis hoc non viderit? ad rhetoricen ergo philosophia pertinet, siue quasi partem, siue quasi formam, et speciem, quod et magis probant. Respondi, philosophiæ partem eius esse, quam practicen vocamus, non eius quam theoreticen. Studebamus, inquit, vobis hoc exprimere. Philosophi vultis esse dimidiati, semiperfecti, mutili, rhetoricen philosophiæ partem esse conceditis, et tamen fœdum, et turpe ducitis rhetoricen à philosopho teneri, sine qua philosophus perfectus, et cumulatus nemo fit futurus. Cui enim desit aliquid, hoc perfectum, et consummatum esse non posse: alioqui si philosophia omnis ad animi nostri perfectionem pertinet, rhetorice non pertinet: syllogismum figura secunda necesse est, qui sit elenchus, philosophiam aliquam non esse philosophiam: quod genus ex contrappositis appellatum ab Aristotele primo volunt. Quod si animus eloquentia perficitur, quæ invidia est contendere philosophum eundem, et eloquentem esse non oportere? His quasi cumulū quendam, et corollarium hoc addebant, Valeat auctoritas, et exempla maiorum: Aristotelem, et Platonē, quorum sectam, et placita profitemur, eloquentissimos viros fuisse, nihil ut sit oratione illorum suavius, purius, luculentius. Proinde qui philosophiam

phiam cum eloquentia pugnare dicerent: qui rhetoris officium aliud non esse quam decipere, quam mentiri, calumniā evidentē esse, & quæ Peripateticū nihil sapiat, & quæ ignorare videatur inter oratorem & sophistam quid intersit: & quod discrimen in Topicis, & Rhetoricis Aristotelem reddidisse perhibent. Nec minus auidē cauillari, qui dicant orationem in philosopho mollem, & delicatam esse non oportere, quasi sit aliquis qui hoc requirat in philosopho, quod ne in oratore quidem feratur Sed quemadmodum oratio luxu diffluens, atq; fracta, sic squalorosa, illuuiosa, lutulenta, sordida gravitatem, & maiestatem philosophiæ comminuunt: medium quendam tenorem & filum dicendi probant. Atticā volunt esse, non Asiaticam, non Germanicā, sicut neq; mensam. Displicet Cynica, displicet Persica: sumtuosa hæc, illa sordida: placet frugi: sic oratio. Propterea ridendos esse, qui tam licenter in re confessamentiantur, dicentes orationem, qua philosophi modō vtuntur, setosam, & squalidā, & horrentem, venerationis cuiusdam, & maiestatis plenam esse. Iam hic ego fateri verum adigor: nā impudens mendacium ne in patrono quidem, & aduocato ferimus. Si sermo noster sordidus non est, non video quod genus dicendi sordidum esse possit. Aut, si hūc horrorem, & maiestatem habet, eundē habebit & cerdoni, & rusticorum oratio. Nec enim cultius ipsi loquimur, q̄ cerdones, & populus: vernaculo melius vsuri q̄ sic Latino. Aliterne loquuntur agrarij sacerdotes, & pædagogi, tabelliones, & formularij, q̄ nos loquamur? Quis tamē vnquā in illorum sermone religionem & maiestatem notauit? Nec minus intemperatē versari, qui testimonio Ciceronis contra se nitantur scribentis quodā loco: Et tamē a philosopho si afferat eloquentiam, non asperneri: si

si non habeat, non admodum flagitem. Nec enim potuisse maximum oratorem, qui sententiam Epicuri cōuelleret, aliter respondere Lucio Torquato, qui sic dixisset: Sed existimo te sicut nostrum Triarium minus ab eo delectari, quòd ista Platonis, Aristotelis, Teophrasti orationis ornamenta neglexerit. Nam illuc quidem adducere vix possum, ut ea quæ senserit ille, tibi non vera videantur. Tum Cicero: Vide quantum fallere Torquate, oratio me istius philosophi non offendit. Nam et completur verbis quod vult, et dicit planè quod intelligam, et tamen à philosopho si asserat eloquentiā, non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. Re mihi non æquè satisfecit. Hæc illum non tam ex animi sententia, quàm ad hominem dixisse. Multa enim in disputando nō plus ex animi sententia dici, quàm vel captandi, vel molliendi gratia vel docendi. Alioqui multos in Cicerone locos esse ex quibus id commonstrant. Primum eodem libro de Finibus: Sed ex eo, inquit, credo quibusdam venire usu, ut abhorreant à Latinis, quòd inciderint in inculta quedam, et horrida, de malis Græcis Latine scripta deterius: quibus ego assentior, dum de eisdem rebus ne Græcos quidem legendos putent. Res verò bonas, verbis electis grauitè, ornate què; dictatas quis non legat? Itè aliubi, Philosophia, inquit, tacuit ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen litterarum Latinarum, quæ illustranda, et excitanda nobis est. In quo inquit, eo magis nobis elaborandum est, quòd multi iam esse libri Latine dicuntur scripti inconsideratè ab optimis illis quidem viris, sed parum eruditis. Fieri autem potest, ut rectè quis sentiat: et id quod sentiet, politè eloqui nō possit. Sed mādare quenquā litteris cogitationes suas, qui eas nec dissonere, nec accuratè illustrare possit, nec delectatione

aliqua allicere lectorem, hominis est intemperatè abutē-
tis & otio, & litteris. Itaque suos libros ipsi legunt cū
suis, nec quisquam attingit, præter eos, qui eandē scribē-
di licentiam sibi permitti volunt. Mille alios locos qui-
bus hoc ostendant, tam vbi nouitatē verbi non satis ap-
ti fugiendam esse Cicero præcipiat, quàm vbi commo-
ditatem in dicendo non negligendam contendat. Nolim
(inquit) nisi Latine quidē dici possit, speciebus, & spe-
cierum dicere. Heus tu quisquis es, patrocini fides vbi?
hoc tu defendere appellas, non prodere, testi denuntiā-
re, qui nos iugulet? Sciebas quid is dicturus esset perfi-
dia, nesciebas imprudentia testem citare subiectum ab
aduersario, qui auctoritatem habiturus esset, non ar-
guentis modo, sed etiam confitentis. Quis hoc peccas-
set tantum non orator? At verò arbitraria res est vo-
cabulum non profectum natura, sed ex aliqua quasi cō-
uentione hominum, & pactione. Quis hoc negat? sed
& petasus, & tunica: nemo tamē tunicam pedibus cir-
cundat, petaso latus integit. Non omnia quæ placeant,
etiam bona esse. Braccatum os Mecænatem, quasi Sar-
matam, potuisse quidem ius dicere, quoniam arbitraria
res esset: sed qui non reprehenderit fuisse neminem.
Vt calceos à sutoribus, & vestes ab institoribus, ita
rationem dicendi ab oratoribus petendam, & condiscē-
dam esse. Quid tam arbitrarium est, quàm leges, quàm
iura, quàm cerimonie? Quis tamen ferat hæc philoso-
phum, quàm lubet egregiū, quàm lubet Deo proximū,
vel nouare, vel immutare cupientem? Præsertim nobis
qui de contēplatore modò loquimur, & ab eo practicē
discludimus, sine qua homo nō philosophus est, inquit,
sed stupor. Hæc illi nescio q̄ vera, certē verisimilia: neq;
tamē protin⁹ herbā dedi: est enim hic noster in disputādo
mos,

inos, rigere semper, nunquam dare terga, nunquā manus, confugia semper aliqua, siue latebras habere, a quibus ne Aristoteles quidem ipse, si reuiuiscat, posset nostrū euellere. Quāquam & hac parte nos incessunt, rusticitatem, & impudentiā appellantes, natam ex hoc ipso, quod litteras bonas contempsimus. Mirum dictū, liberalium artium professores non satis esse liberalibus litteris carere, nisi eas & odissent, & omnibus modis lacefferent: ut nemo sit liberalibus studijs infensior, quam qui liberaliū artium doctores vocari volunt. O iocularem ambitionē, aliquos esse, qui nomine gloriantur, rē contēnant. Quā obrem, inquit, hæc summa est, aut rationem aliquam euidentem, & necessariam pro nobis habent, aut non habent: si habent, proferant hanc quā primum: hæc vna mihi sufficit, nec in ea re desidero patrociniū hominis eloquentis: sin non habent, loci sunt cōmunes, & translatitij, non minus contra nos, quā pro nobis fortasse valituri, & quod in pari caussa facilius persuadent, qui appositē loquuntur, quā qui contrā: & quod praeiudicijs clarorum virorum preminur, Aristotelis, & Platonis, & omnium antiquorum, quos non solum philosophiæ, sed etiam eloquentiæ præsides, & antistites fuisse constat. Proinde aut quæstio tota iaceat aut suscipiatur ab his, qui loqui nesciunt, hoc est, qui partibus nostris & verbo, & animo fauent. Hanc tu quisquis es, anagyrim (ut prouerbio medicorum utar) ne moueris. Malumus caussa tota cadere, quā per te seruari: satius enim est fortiter vinci, quā turpiter vincere. Quandoquidem & ita vinci minus erit molestum: & victoria per hostes quæsitā, dulcis, & speciosa esse non potest. Hæc Patavin' ille simius, quæ omnia scripsi ad te libenter, ut intelligeres nullam tibi popularem auram

apud istos quaesitam esse, plurimum apud nos. Ceterum
Iumento suscepisti rem nō solum (vt scribis) ὑποζυγίῳ δὲ, sed etiā
indigētē. ἀδύνατον. Quid enim est aliud λιθίοπα λευκαίνειν, quā ra-
Impossi- tionem philosophandi barbarā, & ineptā velle defen-
bilem. dere? Quid, inquā, est cotem alere, nisi gratiā expectare
Aethiopē dealbare. ab ijs, quos ipse deā Gratiae nunquā nouerunt? Quocir-
ca mirum non est (patere tecū in re faceta iocer) si non
modò nobis, contra quos egisti, sed ne illis quoque, pro

Ipsa quidē oratio ad- quibus egisti, causam tuā probaris. ὁ γὰρ καὶ
mirāda, qui autem di- λόγος θαυμαστός, ὁ δὲ λόγος ἀπίστος. Tu verò (nec
cit non credendus.

Homo homini Deus, enim desino iocari) credebas ex actione tua
aut dæmonium. barbaris extorquere tritum illud, ἀνδρῶπις

Iste funis nihil attra- ἀνθρώπος δαιμόνιος, ceu per te seruatis, et qui-
xit. dem ex insperato, sed αὐτὴ ἡ μή εἰνθός δὲ ἐνδύει

Terrestris cū sis, ne ἰσσοῦμαι, captasti ventos retibus. Quamobrem
quaras mare: & cū nō

sis Syrus, ne syriffes: moneo te mi Pice, χρυσῶν ὧν μὴ θῆται θέλας-
& nouos amicos parās τὰν, καὶ μὴ Σύρον ὧν μὴ σύριζε, ἢ νέους φίλους

optimē, veterum ne ποιῶν λῶσε τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. Alio
obliuisceris.

Nam qui multū pipe qui fecisti quod liberales & opulenti so-
ris habet, admiscet lent, ὁ καὶ ἴχωρ πολὺ τῷ πενίῳ, τίθισι καὶ ἴχωρ
vel holeribus. λαχάνοις. Vale. Politianum saluta Venetijs.

IACOBVS ANTIQVARIVS

Bernardo Riccio suo s. d.

POLITIANVS noster magnus litterarum arbiter,
imò censor, imò assertor, id agit, quod omnes, qui ex ca-
dē fidelis sunt, agere debent: cuius epistolis, quas nuper
mibi complures legendas tradidisti, mirificè delectatus
sum. Sed illa me præcipuè affecit in manum sapius re-
sumta, quæ ad Pici laudem, viri clarissimi, consensu
sūque omnium nunquam satis laudari veriſimè pertinet.

Ioan. Pici
Mirandu-
læ laus.

Nam meritò eos retaxat Politianus qui Picum præter
quā honoris causā nominarint, in cuius admirabili na-
tura,

tura, nisi quoddam nostro ævo contigisse celeste munus fateamur, sentimus ut pecudes, neque melius vocem effundimus, quàm ut balantes. Ille vnus omnium mihi sapientissimus videtur esse, qui gentilitias diuitiarum sarcinas abiecit: ac beatissimum ob id existimo: quoniam à sapientiæ studio nunquam cessat. Qui quanquam in omni disciplinarum genere admodum est versatus, multa tamen (ut arbitror) antistitibus philosophiæ inuenienda superfuisse, aut adhuc perficienda cognoscit, ex quibus animum suum dijs ipsis propinquiorem fieri posse non desperet, continuò vestigatur. Qui verò eloquentiam, quæ in eo singularis est, maiorem desiderat, hic mihi suauitatem in melle desiderare videtur. Orationis enim vis, ac ornamenta rebus ipsis, quas felicissimè tractat, nusquam minora sunt, adeò ut ratio, atque oratio cum ipso ex eodem vtero natæ credantur. Sapienter igitur Politianus (ut assolet) ac pie importunas abigit muscas, non à Pico, sed à venerando quodam diuini hominis simulacro, ne cui publicèserta, ac tura debeantur. Vale. Mediolani Nonis Iunij M. CCCXCIIII.

ANGELVS POLITIANVS

Iacobo Antiquario suo S. D.

EPISTOLAM, quã tu dederas ad Ricciũ, protinus ut accepi legendã, Pico misit: quoniam pertinere magis ad ipsum, quàm ad me visa est, ut in qua laudor ego abs te, nihil ob aliud, nisi quia Picũ laudo: quod qui non facit, aut omnino brutus, aut inuidus est. Scripsit igitur homo omnium gratissimus, & ipse ad te hanc epistolam statim quã tibi nunc mitto, doctam (sicuti videbis) acutã, coratã, plenãq; humanitatis. In qua facillè perspicies, quãti non modò officiũ tuum, sed & volutatem fecerit. In-

terim consules tuis pariter, nostrisque rationibus, si laudanti putabis ei credendum, qui mentiri ferè sit nescius, etiam in amicorum laudibus. Ego certè me verè laudatum soleo credere, quoties à Pico laudor. Multoq; nunc verius, quia tecum laudor: nisi (quod opinor potius) in te laudando veras omneis laudes exhausit, ac iam falsis vititur, contentus veris in te, quibus abundat. Vale

IOANNES PICVS MIRANDVLA

Iacobo Antiquario suo S. D.

INTER voluptates, quas cum eram Florentiæ, de Politiani consuetudine maximas capiebam, viri mea sententia nostro ævo omnium literatissimi, non erat illa mediocris quo tuas ad ipsum epistolas graues illas semper, & eleganteis, vt quamque accepisset, statim mihi dabat legendas. Delectabat in illis me vehementer, & prudentia quædam singularis, quam magnis etiam in rebus, negotijsq; tractandis à prudentissimis commendaris, & orationis cultus, atque sobrietas. Tum quòd in nonnullis honorificam nostri mentionem faciebas, non solùm mihi tuæ litteræ placebāt, sed in illis quoque ipse mihi placebam, scilicet testimonio tanti viri cedente conscientia: quæ nonnihil dissimulās quod sentiret, quasi ipsa se proderet, non magnopere pugnans, & propemodum volens fallebatur. Ita duplici nomine tibi eram deuinctus, inde tuæ virtutis, hinc collati sæpius in nos non officij modò, sed beneficij. Cogitavi non semel agere tibi gratias per epistolas, ne forte parum gratus, aut ne tecum rusticus existimarer. Verùm cum tu, Politianusq; noster pulcherrimū quoddam inter vos litterarum cōmercium exerceretis, nolui Musis importuna Pica obstrepere, quasiq; malè vocalis anser alternè sibi cōcinētes olores inter turbare, alioqui tibi animū nostrum per Politianum ipsum

patere sciebam. Tum conscius infantie meae interprete libens utebar eloquentissimo. Nunc ab ipso misse ad nos tuae litterae sunt, quas ad Bernardum Riccium nuper dedisti, iuuenem ingeniosum: in quibus tatum tribuis mihi, quantum nec optare ausim, nedum mereri me credam. Rupit officij magnitudo nostrum hactenus, nescio an civile, certe non superbum silentium. Nec potui tibi non agere gratias immortales, non quod premas me laudibus immodicis, quas non agnosco, sed quod ita me ames, ut tuum illud alioqui constans, robustumque iudicium, tantopere tamen in nobis sub amoris pondere vacillauerit. Debeo igitur tibi supra quam vel ego possim persolvere, vel tu facile credere. Nec est quidquam tam arduum, tam difficile, quod non aequè pro tua dignitate sim facturus, ac pro mea salute. Tu quidem in Politiano me possidebas hactenus, nunc verò nihil mutare, tuis tantum rationibus Pici nomen, quod suberat, explicabis. Vale. Ex agro Ferrariensi, quarto Kalendas Iulias, M. CCCCXCIIII.

IACOBVS ANTIQVARIVS

Ioanni Pico Mirandulae

suo S. D.

POLITIANVM meritò laudare potes, me non potes: amari abs te cupio, laudari verò puto ineptissimum: sed neque antiquius mihi quidquā esse potest, q̄ cum Antiquariū in tuis nominibus habes. Debeo enim tibi plurimum cum mea causa, tum magis saeculi, quod à te tantopere illustratum cernimus, adeo ut non dubitem gentile, atq; cognominē auctm tuam à posteris consecratū iri miraculo tenus. Sed si Aegyptijs signētis in tegendare rū fide non delectaris, certe illud palam est, quod philo-
sophantiū omnium maximū, viuentium optimū, scriben-
tium

tium præclarissimum nemo est, qui te non arbitretur. Id si inficiaris, caue ne maxima Deorum munera penes te deposita dissimules, & malè habeas. Ista enim animi in gratitudine, quam in te nullam esse nobis olim persuasimus, efficeres, ut quidquid ex omni ætate de viris unquam clarissimis fuit prædicatum, sentiremus desideratum fuisse potius, quam compertum. Nam si quidquam vel studio non quæsitum, vel non tributum à natura, aut à fortuna tibi minus præstitum fuisse censeres, alium post natos homines si adeptum ostendes, non Picum tenemus, sed Phœnicem. Nihil damus auribus tuis, adulationes Græculas odimus semper, vera, & solida est gloria tua. Quod animus de te sentit, lingua depromit. Neque aliter laudauerim, quam probem. Nam qui te laudibus prosequendi finem facit, is admirandi rursus querit initium. Nec putes, quoniam me nuper tuis litteris exornasti, testimonium à me tibi mutuo reddi. Me ipsum nemo melius nouit, quam ego. Ex otio nullam, ex negotio autem vel minimam opinionem usurpauit. Principium benignitas effecit, ne omnino in turba delitescerem, quibus præterquam fidem, & diligentiam, quid rependere possem, non video. Itaque siquid in hoc vitæ meæ instituto contigit aliquando, quod tibi placeret, totum illis acceptum refero, qui non solum multitudinem suorum magnis liberalitatibus extulerunt, verum etiam sæpe in regna restituerunt hostes, quos vicerant. Vale. Mediolani, Nonis Augusti. M. CCCCXCIII.

IACOBVS ANTIQVARIVS

Angelo Politiano s. d.

DEBEBAM tibi antea quantum sat erat, nec addere poteram aliquid amoris erga te meo: sed tu visus es, quod non putarem, tuis de meipso rationibus permultum adijcere,

re,

re, conciliata nuper omnium, qui viuunt, clarissimi Pici beneuolentia. Sciebam eum mirum in modum comem esse: sed tam citò fieri posse familiarem, non credebam. Fece-
 rant planum id nuper eius litteræ: quas (vt nosti) ita elegantes exspuit, vt homo ad gratiam natus, atque ex-
 positus, & obuius. quidquid à Philosophis præclarum in omni æuo memoriæ fuerit mandatum, tum ad vitæ in-
 stitutum, tū ad animi sui ornamenta libenter vsurpans, vtrique Philosophiæ in admirationem adductæ, priscam illam Barbariæ expultricem eloquentiam restituisse cen-
 seatur: neque aliud magis videatur egisse, quàm Orato-
 rem, & Philosophum iuxta bonum, atque humanum esse. Inde quoque neminē ostenderet insolescere, nisi agre-
 stibus moribus conspersum. Rescriberem porrò necne ad eum, aliquantulum dubitauī, quoniam tam suauē de me concinisset. Verebar enim ne de illius opinione in aliorum censuram incurrerem, & quem doctum ido-
 neumque ad scribendum ipse iudicasset, isti longē aliter esse deprehenderent. Sed quanquā nihil tutius sit quàm silentium, hæsitatiōem tamen euicit meam de memoria nunquā exituri Pici mansuetudo, ad quem quod vide-
 bis respondeo: verū fides tua mihi spēs fecit. Nam pro-
 culdubio tuæ opis egemus, tum aduersus sciolos, quorum futura his temporibus multa contingit: tum præcipue cū eodem Pico, quē orabis, ne litterarum cōdimenta ex me requirat, sed mea singulari aduersum se obseruantia cō-
 tentus, Antiquarium inter suos habeat, neque antiquari vnquam patiatur, susceptæ semel amicitie legem. Vale,
 & me ama. Mediol. Non. Aug. M. CCCCXIII.

IACOBVS ANTIQVARIVS

Angelo Politiano suo S. D.

COM

COMPLICAVERAM iam Politiane, litteras ad Picū, eas superscripturus, ac illius nomen adiecturus: qui ex omni fortune, ac etiam virtutum consummatissimi hominis aceruo potissimum deligerem, non occurrebat. Nam si quid speciatim illi tribuissē, videbar non habuisse rationem reliquæ multitudinis. Itaque explorata diligēter trutina, nihil magis placuit, quam felicem appellare illum, in quē Dij suorum munerū sinū prorsus effuderunt. Quod omnino haud fecissem, nisi a te rectē factū censerī crederem. Vale. Non. Aug. M. CCCCXIII.

MARSILIUS FICINVS

Angelo Politiano suo. s. d.

Pallas.

Imagines
caelestes.

Astrologi
à Plotino
irridētur.

CONTRA multos Astrologos, qui more Gigantum eripere cælum Ioui tam frustra, quàm impiē moluntur, meritō & Picus alumnus Palladis, & tu miles Herculeus sepe, feliciterque certatis. Nempe Palladem Orpheus Gigantum expultricem canit, et ab Hercule Poëte multi Gigantem Antæum à terra simul, & e vita sublatum ferunt. Ego autem quid? Profecto tanquam in omni vita vobis vnanimis, in hoc quoque studio conspiro vobiscum. Et si fortē non decerto strenue, tamen ita planē decerno. Ceteri quidē Platonici caelestes imagines, quas describunt Astronomi, pro oportunitate commemorant, neque reprobant eas, neque rursus commprobare student: Plotinus autem talia extra controuersiam ridet. Ego quoque in commentarijs meis in eum tanquam interpres æquē derideo, partim quidem eius auctoritate confisus, partim etiam quoniam nullam habeo certam eiusmodi imaginum rationem. Multas præterea ibidem Astrologorum regulas in controuersiam similiratione deduco. Sed in libro de vita, vbi profiteor Medicinā, ac remedia vitæ utcunq; & qualiacunq; possum, vndiq;

diq; diligenter exquiro: neq; despicio prorsus imagines illas, neque omnes respuo regulas. Et si enim arbitror certam his rationem nullam inesse, tamen ut studiosissimus humane medicinæ curator remedia non solum sapientibus certa, sed etiam multis probabilia sector, ut subsidia passim accumulem quomodolibet profutura, nequid deniq; prætermiserim intentatum, quod ad vitam utcunq; conducturū cuiquā videri possit. Nonnulla tamē inter se ro firmiora, multa quoq; passim congero, quæ etsi forte minus spero, tamen opto prodesse. Quod autem in principio libri tertij dicere videor, imagines ab antiquiorib⁹ Platonicis in cælo dispositas esse, non id equidem volo. Non enim consilium ibi meū est Platonicos affirmare cælestium imaginum assertores, de quibus aut nihil, aut parvū quid loquuntur: sed Platonicoꝝ quorundā fuisse sententiā, mundi animam cælestia sibi corpora peperisse, stellasq; cū cælo, atq; ultra stellas singulas, si modò ibi ullæ sint imagines, eiusmodi quoq; imagines genuisse. Narro autem illic dispositiones signorum imaginumq; nō quales apud Platonicos, sed quales apud Astrologos observaverim. Iam verò quantū imaginibus vel cælestibus credam, vel arte factis confidam, progressio libri declarat. Præterea in libro de Sole non tam Astronomica doceo, quàm per hæc morales allegorias affecto, anagogiasq; ad diuina perquiro. Denique tam in libris de vita, quàm de Sole lumine cum philosophicis poëtica miscens, liberius sum interdū, & forte licentius euagatus. Cum Plotino parcius, & seuerius ago: ut mihi tandē non ingratiū sit futurū, astrologica portēta fuisse à Pico nostro Mirandula singulariter confutata. Quæ enim ego nusquam affirmo, imo & cum Plotino derideo, explodi à Mirandula gaudeo. Superslitiosam præterea vanitatem ab illo,

Imagines
à Platonici-
cis in cæ-
lo positas,
quomodo
intelligenda.

illo, tanquā à Phœbo Pythonicum virus extinguī tecum Politiane congratulor. Tu enim semper hac in causā, vbi ubique soles, te Herculem prestitisti. Soles profectō iā diu hæc Astrologorum prodigia, vti alia monstra, passim acriter insequi, vti non terris solū, sed etiam in cælo monstra fortissimus Hercules expugnaueris. Vtinam denique sicut Herculi, sic et tibi superata tellus sidera donet. Interim in terris viue diu. Vale feliciter. XII. Kalē. Septemb. M. CCCC XCIIII.

ANGELVS POLITIANVS

Marsilio Ficino suo s. d.

QVANTA me voluptate, quantōque putas affici gaudio Marsili Ficine, cum te, Picūque meum sic esse concordēs video, non modō vti idem velitis in vita, sed & idem sentiatis in studijs? quanta rursus, vbi me vobis non minus esse carum perspicio, quā vos estis vterque vtrique? Quid quōd omnes in hoc incumbimus, vti recta studia pro virili iuuenus? ac non vllō prēmio, sed operis amore sollicitati, semper hoc agimus tamen, ita dispensatis inter nos officijs vti nulla fermē studiorum parte cessetur. Etenim Pico ipse Mirandula sacras omnes litteras enarrat, aduersus ecclesiæ septem hostes directā fronte decertat, inter Aristotelem iam meum, Platonēque semper tuum caduceator incedit. Tu Platonem, quam & alios veteres, sed Platonem tamen ipsum maxime, Platonicosque omnes, & Latine loqui doces, & vberrimis commentarijs locupletas. Mihi verō (quandiu cathecumenos in Philosophia vestra sum) varietas ista certē litterarum cessit, quæ non minus habent iucunditatis, etiam si minus auctoritatis. Nam quod ad Astrologos attinet, de quibus epistolam mihi pulcerrimam scripsisti, lator summopere quōd à Pico nostro tu quoque vel

nunc

nunc primum stes, vel olim iam steteris. Nec enim referre arbitror, utrum tibi aliud aliàs visum sit, an ex aliorum potius opinione aliquādo scripseris. Nā nec mutare sententiam turpe Philosopho, qui cottidie plus videt, et ad opinionem vulgi saepe se non inutiliter accommodat, quod et Aristoteles in Exotericis libris, et in dialogis Plato fecit, qui quidem dogmatici non habentur. Quin ipse quoque Iustiniani principis leges, in quibus aliquid repugnare contra leges est, aliud in institutionibus, aliud in Pandectis decernunt, hoc est (ut mihi videtur) aliter rudibus, aliter eruditis præcipiunt. Ago verò tibi gratias ingenteis, quòd me dignatus honore tanto fueris, ut mihi potissimum tuam sententiam participaveris. Illud verò nescio satisne probem, quòd Herculem vocare me pergis. Tu quidem opinor iocaris. Sed tamē ansam timeo ne præbeas cauillandi, ridendiq; maleuolis, et inuidis, quibus nemo unquam vir bonus, ac doctus caruit. Quod enim tu, si non amore deceptus (quanquā id potius) at leui certē similitudine, qua parua saepe magnis comparamus, adductus, mihi tribuis, hoc isti maligni interpretes adulationi, credo potius assignabunt, ac me quoque ridebunt, ceu si de eo mihi cognomine multū placeat. Mihi tamen omnino longē pluris est argumentū hoc amoris erga me tui, quā quid omnes isti vel sentiant, vel loquantur. Contemno enim falsa, et leuia, vel conscientia mea fretus, vel auctoritate tua munitus. Sed hæc tamē coram commodius. Tu, velim, quādo Caregianū tuum Sextili mense nimis aestuat, rusculū hoc nostrum Fesulanū ne fastidias. Multum enim hīc aquarum habemus, ut in conualle minimum Solis, vento certē nunquam destituimur. Tum villula ipsa deuia cū penē media silua delitescat, totā tamen aestimare Florentiam potest. Et cū sit in pro-

ximo celebritas maxima, semper apud me tamen solitudo est mera qualem profectò secessus amat. Vti poteris autem duplici spe. Nam sæpius è querceto suo me Picus inuisit improuisus obrepens, extractumq; de latebra secum ducit ad cœnulam, qualem nosti frugi quidẽ, sed & scitam, plenamque semper iucundi sermonis, & ioci. Tu tamen ad me potius, nõ enim peius hîc cenabis, bibes fortasse vel melius. Nam de vini quidem palma, cum Pico quoque ipso valde contenderim. Vale.

ANGELI POLITIANI
EPISTOLARVM
LIBER DECIMVS.

ANGELVS POLITIANVS

Ioanni Dei gratia inuictissimo Regi

Portugaliæ, & Algarbiorum ci-
tra, & vltra mare in Africa,
dominoq; Guineæ

S. D.



VANQVAM nec fortuna mea, nec eruditio, nec vlla omnino virtus eiusmodi est, vt licitũ mihi putem scribere ad te Rex inuicte, tanta me tamẽ dignitatis, splendoris, gloriæq; tuæ, tantaq; laudũ tuarũ iã per omnĩũ ora volitantĩũ perculit admiratio, vt spõte sua calamus ipse meas exhibere tibi litteras, testari animũ, significare voluntatẽ, gratias agere deniq; totius ætatis nostræ nomine gestiat. Quæ nũc virtutũ tuarũ penẽ cælestiũ beneficio iã cũ vetustis sæculis, iãq; cũ omni fortiter audet antiquitate cõtèdere. Nã profectò si breuitas hæc epistolaris, aut si ratio tẽ
poris